

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

83

NUPTIIS SECUNDIS,

Quas

Vir auctoritate, prudentiâ, virtute, doctrinâ
eximius, Comitis Schwartzenbergici
Confiliarius,

DN. CHRISTIANUS

Montag/ in Kohlaw/

SPONSUS,

Cum

Puellâ, à pietate, pudicis moribus formâq;
commendatissimâ

HEDEWIG MARBURGENSEM

Excellentissimi atq; Experientissimi

VIRI

DN. PHILIPPI Tuchschers/

Utriusq; Medicinæ Doctoris & Poli-
atri Francofurtani &c. reli-

etâ filiâ,

ad d. XXIX. Augusti

In castro CÛSTRINENSI

honorificè adornat,

Secunda quæq; animitùs comprecantur

ADFINES & AMICI,

A. S.

M. DC. XLII.

Typis

MICHAELIS KOCHII

73

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines within a rectangular border.

58

U
S
Q
U
E
J
E
Q
J
M
L



Auf dem Mohnntag/ wird ein
Sontag.

UT DEUS huic vasto statuit duo sidera mundo,
Solem cum Lunâ, Lumina magna poli.
A quibus hebdomada primis gens vana diebus
Consilio incerto nomina certa dedit.

Sic quoque præfecit, Josephi ut somnia tradunt,
Illa maritali sidera blanda toro.

Quod Sol in cælo est, hoc sublare agitque maritus:
Luna quod est, thalamo præstat & uxor idem.

Ut Phoebus Lunæ lumen famulare ministrat;
Sic Uxor radiis lucet & ipsa Viri.

Ergo, Mohnntagi, sine conjugè quando fuisti,
Hactenus à Lunâ nobile nomen habes.

Jam Metamorphosè mirâ Sontagius audis,
Nam Sol in propriis adibus ipse Vir est.

Et quæ succedit domui, Mohnntagia, Conjux,
Dicitur. Uxoris lactea Luna nota est.

Quicquid erit, certè tacito quoque sidera nutu
Conjugio spondent prospera quoque tuo.

Jupiter in summo se jungens culmine cæli
Cynthiæ, honorati tessera conjugii est.

Mars dum Sextili Lunam veneratur, amico
Adspectu, thalamo signat amica tuo.

Luna tuis tædis dum luminis orbe refulget
Pleno, promittit singula plena toro.



*Muneribus sit plena domus de munere Iovæ,
Cellula plena tibi; plena culina tibi.
Mensaq; plena tibi; sit plenus corbis, & orbis.
Cantharus & plenus; plena sit olla tibi.
Pignoribus lecti thalamus sit plenus amœnis,
Cistula plena tibi: plena sit arca tibi.
Sit plenum stabulum; sint & præsepia plena,
Villa sit armentis, & grege plena novo.
Sit quoq; plenus ager, sint frugibus horrea plena,
Arvaq; consurgant gramine plena levi.
Fatibus arboreis Hortus sit plenus, & uvis
Vinea plena tibi; plena vireta tibi.
Omnia plena tibi jam Cynthia plena minatur,
Plena & Ego pleno pectore & ore precor.*

Sic vovebat

Simon Ursinus D.

*Q*uæ Reinhardorum celebri de nomine dicta est
Chara mihi semper stirps fuit, est & erit.
Hæc eadem Sponsa Matrem tulit. Obligor ergo,
Aucta sit ut voto Filia Sponsa meo.
Auspiciis igitur lætis connubia vestra
Ut fiant jubeat Filius ille DEI,
Sub cuius pedibus posuit Pater omnia, quicquid
Mundus habet, cælos & mare quicquid habet.
Sit thalamus vester benedictus, ut inferat orbi,
Qui summum Numen cum pietate colant.

Vester

Vester amor cogat duo pectora pectus in unum,

Sic gravia absterget tedia vester amor.

Cetera, quo blandis resonent sermonibus ora,

Hospitibus griphum proposuisse placet.

Hochzeit Käzell.

Es ist ein Wort in Deutscher Sprach/
Das hat Buchstaben zwemahl zwee/
Es macht den anfang zu der Eh/
Und bleibt derselben schönste Sach.
Versetz die mittlen zwee einmahl/
So hastu eines Menschen theil/
Viß rückwärts/ so wir ds haben feil
Der Grobschmit der es macht von Stahl:
Laß seyn so rückwärts abgefaß/
Versetz ihm der Buchstaben zween/
Die mitten zwischen Ecken stehn/
So hastu einen scharffen Gast/
Der auß der Schulen vbt die Welt.
Verwend sie in den ersten Standt/
Der letzte gegn der rechten Hand/
Balde nach den Ersten werd gestellt/
Wird seyn das schwerste von Metall.
So gibt diß Wort vier andre balde
So man ihm endert die gestalt.
Nun rahtet zu ihr Gäste all/
A 3

Und

da,

rbis.

hi.

s,

na,

.

blena,

i.

ur,

or.

Ursinus D.

dicta est

erit.

go,

vid

habet.

i,

.

Vester

Vnd trefft diß kleine kurze Wort/
Bey Hochzeit mag es gerne seyn/
Das gibt der klare Jugenschein/
Ist gutt/ wenns bleibet fort vnd fort.

M. Martinus Heinsius
Facultat. Philosop h. t.
Decanus.

Ultima si Hebdomadis flueret tibi, Sponse, diecla,
Falcifer ille Senex cui dare nomen amat,
Non essem hac auctor ducenda etate Puella
Qua tam mustea, qua tam generosa cluit:
Hebdomadis sed cum nullo non tempore agatur
Prima dies Tibi, cui nomina Luna dedit:
Laudo virilem animum, utq; humorum venula Phæbe
Adfluat usq; DEUM supplice voce precor.
Sic erit ut quot sunt Soles, quot Solibus hora
Hebdomadis, totidem pignora vos recreent.
Auspiciis thalami sic cum non fronte potis sit,
TOBÆUS calamo & mente MAGIRUS adest.

Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; noverca est,
Hoc dictum doctis semper in ore sonat.
At ô fausta dies MONTAGO hodierna refulgens
Quam gens Lunari nomine prisca notat!
MONTAGUS Veneri sociatur amator amanti;
Sic Lunæ est Veneris facta hodierna dies.

- Et

*Et Luna & Veneris, vitæ cunctisq; diebus,
Tum Tibi tum Veneri fors sit amica tuæ!*

Calamo properante
fundebat

M. Gottlieb Pelargus
Profess. Publ.

Aureus impertit Lunæ sua lumina Phoebus,
Et facit, ut pleno clarior orbe micet.
Splendida MONTAGIO Sol est virtute puella,
Quam stirps TUCHSCHVRI, formaque grata
beant.

Illa suo Sponsum casto complectitur æstu,
Hic ardet Sponsæ totus amore pio.
Increbrescat amor Pylii per secula longa
Gaudia, quot radii Solis, amœna ferat.

Testandi amoris
Affinibus suis exoptatissimis
hæc apprecabatur

M. Johannes Christophorus Ludacus
Ecclesiæ Francofurtanæ ad Basili-
cam super. Archidiaconus.

Omnia dum nutant, dum formas omnia mutant,
Stat tamen & stabit jugiter ordo DEI.
Ordo DEI est, sociam sociali fœdere jungi,
Et genus augeri, per genus inq; genus.

Ordo

Ordo DEI est, Viduum fecundâ conjuge lectum
Integret ut Viduus, qui modò dimidius.
Ordinis observans, MONTAGI, suscipe costam
Nunc aliam, haud aliam, nam caro facta tua est.
O tibi proveniant thalami bona nota prioris,
Par sit & ò prima, nupta secunda, tua!
Servet utrosq; DEUS, regat & tegat, impleat opto
Prosperitate domum, posteritate torum.

Ita vovet

M. Balthasar Kupferus Silesius
ad Basil. super. Francof. Ec-
clesiastes.

GRatia progeniem decorat divina piorum,
Affundens muni commoda mille manu.
Nec Numen quisquam gratis caeleste piavit,
Quin præmi ferret pro pietate satis.
Illo TUCHSCHERL, nuper qui magna medentum
Gloria erat, titulo stirps celebranda venit,
Cujus Nata tibi, Charitum quæ dote redundat,
Ducitur auspicio, Sponse decore, bono:
Quam reliquis eadem fors rite sororibus equat.
Queis par est pietas, sunt quoq; sorte pares.
In tenero egregios repererunt flore maritos,
Ac horum radiis plus meliusq; nitent.
Emptorem reperit proba merx facilè, hanc licèt abdas:
Quæ nauci est, turpi marcet inempta situ.

Tu

*Tu quoq; MONTAGI, minimam complectere natu,
Cura suprema Patris qua morientis erat.*

*SPONSE, tuam HEDWIGIN virtutes MARGARIN omnes
Nobilitant, celebrant qua muliebri secus.*

*Hæc hilaret manes conjunctio fausta Parentum,
Si tacitis sensus manibus ullus inest.*

*Fescennina crepent, quibus ista licentia, verbis
Me pretextatis abstinuisse juvat.*

*Quæ nimis infestant patriam quatiuntq; procella,
Proscribunt risus interimuntq; jocos.*

*Sed thalami infuscare nefas sit gaudia vestri,
Ex animi potius quin ego mente precor:*

*Undiq; pulsa gemit quæ nunc Pax exulis instar,
Involvat vestro se vigeatq; toro.*

*Sponsorum pietas præclara simulq; parentum
Me sperare satis prospera cuncta jubet,*

*Et promissa DEI natis adjecta piorum,
Intrepidam possunt quæ stabilire fidem.*

*TUCHSCHER candor quibus & REINHARDIA virtus
Cognita, sic omnes voce animoq; vocent.*

Amplissimo Dn. Sponso,
Ejusq; Sponsæ exoptatissimæ,
Nobili optimèq; moratæ Virgini,
Honoris & boni ominis ergo
gratulab.

M. Joannes Mollerus
S. F. R.

B

Auspice

Auspice vota DEO dum pergis ad altera castrè,
MONTAGI ingenio Vir meliore cluens,

Ipsò adeò factò deliria vana refutas

Montani, Eubuli, quotq; alii reliqui,
Conjugium insani qui damna vere secundum,
Stultitiæ impressâ non sine dente notâ.

O Capita helleboro purgari digna frequente,
Sanari Anticyris vix puto posse tribus!

Tu nihil hos strepitus crabronû, Sponse, moraris,
Legitimum repetens cum prece ritè torum.

In viduo dolor est ærumnaq; plurima lecto:
Sicut Solis egens est in amœna dies.

Opto, secundum hoc conjugium tibi JHOVA secundet,
Cumq; meâ vivas, Sponse, sorore diu.

Tam nihil est placitum, quin vobis sedulus optem,
Optatis pondus det DEUS esse meis.

Concordi in thalamo DOMINI clementia vobis
Sit præstò, sic crux lenior omnis erit.

Sic precor, Ad finis, quem cultu prosequar omni,
Tuq; mihi dulcis semper amata Soror.

fausta omnia precans
scrib.

David Zuchschner
Svibosiensis SiL.

ODE

ODE TROCHAICA.

1.

Loch/ Herr Ohm/ man selhlig schecket/
Weil Jhn nach der Trauer-Zeit
Diese Hochzeit Frewd' ergethet/
Die Jhn auß der Einsamkeit
In das Ehe-Leben führet/
Das Jhm Frewd' vnd Lust gebihret.

2.

Da Jhn allezeit erfretwet
Seiner Liebsten Schönheit Liecht/
Welches seine Frewd' vernewet
Wenn Er schawet ihr Gesicht;
Wenn Er sieht der Jugend-Macht
Die Jhn zu der Liebe bracht.

3.

O wie wol ist es gelungen/
Das Er durch die Einsamkeit
Sicher ist hindurch gedrungen/
Vnd sich nun mit der befreit/
Derer Frewen Liebe Preis
Seine Noth zu lindern weiß.

4.

Eure Frewd' ist zu erbeben/
O Ihr hoch verliebtes Paar/
Weil Ihr ewer einsam Leben

B 2

Nun

ra caste,
e cluens,

m,

e,

!

aris,

m.

:

secundet,

ptem,

obis

ni,

ns

Zuchscher
osensis Sil.

ODE

Nun verknüpfet ganz vnd gar/
Also daß der Todt allein
Nur mag ewer Scheidsman sein.

^{s.}
GOTT der Höchste wolle geben/
Daß Ihr mögt in Fried' vnd Ruh'
Ewer stets-verliebtes Leben
Viele Jahr noch bringen zu/
Seines reichen Segens Schein
Wolle nimmer von Euch sein!

C. T.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæ sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine charè! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





83

IS SECUNDIS,

Quas

prudentiâ, virtute, doctrinâ
mitis Schvartzenbergici
Confiliarius,

RISTIANUS

tag/ in Kohlaw/

SPONSUS,

Cum

te, pudicis moribus formâq;
ommendatissimâ

S MARBURGENSIS

timi atq; Experientissimi
VIRI

LIPPI Zuchschers/

Medicinæ Doctoris & Poli-
francofurtani &c. reli-
etâ filiâ,

d. XXIX. Augusti

RO CÛSTRINENSI

onorificè adornat,
q; animitùs comprecantur
FINES & AMICI,

A. S.

M. DC. XLII.

Typis

HAELIS KOCHII

73

